exercitationeſq; uirtutũ que in omni etate
culte: cũ multũ diuq; uixeris: mirificoſq;
afferũt fructus: nõ ſolũ quia nũq̃ deſerũt
ne in extremo quidẽ tempor̃ etatis: q̃q̃
id maximũ eſt: uerũ etiam quia conſcia
bene apte uite multorũq; benefactorum
recordatio iocundiſſima eſt.

Nulle ne igitur res ſeniles ſunt: que uel in-
firmis corporibus: aĩo tamen adminiſtrẽt

Nihil igitur agebat. Q. Maximus: et cetĩ
ſenes: cũ rem. p. conſilio et auctoritate de-
fendebant.

Nihil igitur afferũt qui in re gerenda uerſari
ſenectutẽ negant: ſimileſq; ſunt: ut ſi qui
gubernatorem in nauigando agere nihil di-
cant: cũ alii malos ſcandant: alii per foros
curſent alii ſentinã exauriant: Ille aũt cla-
uũ tenens ſedeat in puppi quietus nõ faci-
at ea que iuuenes: at uero multo maiora:
& meliora facit: Non enim uiribus: aut
uelocitatibus: aut celeritate corporũ res
magne geruntur: Sed conſilio: et auctẽ
et ſententia.

Nemo. n. eſt tam ſenex qui ſe annũ nõ pu-

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 105v – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0172/105v)